

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Expenditur conditio ætatis, & Nouitiatus ad professionem requisita. §. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

## P V N C T V M I I .

Quæ conditiones seruandæ sunt ex parte profiten-  
tis, ut professio valeat, & an eadem sint seruan-  
dæ in Societate I E S V , in votorum Scholarium  
emissione.

## S. I.

Expenditur conditio ætatis, & nouitiatus ad  
professionem requisita.

## S V M M A R I V M .

- 1 Decimus sextus ætatis annus requiritur etiam in Societate Iesu pro votorum Scholarium emissione.
- 2 Ex Trident. decreto non impeditur, quin in aliqua religio-  
ne maior etas requiratur, at in nulla videtur de facto  
requiri cum decreto irritante.
- 3 Integer annus nouitiatus requiratur.

**P**rima conditio ad professionem requisita est, ut in æta-  
te legitima sit; quæ etas licet iure antiquo esset pu-  
beras completa, c. firmia 20. q. 1. c. ad nostram, de Regul. &  
c. 1. s. o. d. e. m. t. i. n. 6. At novo iure Trid. sess. 15. cap. 15. Decimus  
sextus annus complectus expostularunt, ut sic maiori cum con-  
sideratione, & libertate status hic altus difficilis, & perpetuus  
assumatur.

Dubium tamen est, an hec etas in Societate Iesu requi-  
rita sit pro votis Scholarium? Et ratio dubij est: quia ho-  
rum votorum emissio non est vera professio, & concilium  
solum de professione videtur locutum, ibi in quaconque reli-  
gione tam viatorum quam mulierum professio non sit ante  
16. annum expletum. Neque ratio, quia mortuus est concilium  
ad hanc etatem adfrumentum in professione videtur procedere  
in hac Societatis incorporatione, cum hec non sit per se in-  
dissolubilis, sed ex Societatis consensu dissolui posse. Cæterum  
omnino dicendum est eam etatem 16. annum in hac  
votorum emissione requiri, fuit in professione, quia concilium  
vnum est ibi nomine professoris gratia frequentioris  
vñs; quod enim intendit est, ne status religiosus assumatur  
ante eam etatem, fuit assumptus votorum solemnium, sive  
simplicium emissione. Nam quomodo concilium alii profun-  
dit quantum est ex parte assumentis perpetuus est, & omnino  
indissolubilis; cæque de causa voluit, vt matro concilio, &  
consideratione prudenter assumeretur. Adde si consilium vellet  
Societatem sub hoc decreto nos comprehendendi, eam ex-  
cipere, sicut fecit de decreto subsequenti. Præterea iuxta con-  
stitutionem Societatis non potest quis ante 16. annum  
expletum incorporari, quia non potest recipi ad nouitiatum  
ante 14. expletum, neque incorporari ante biennium. Ergo  
tam ex constitutione Societatis, quam ex Trident. non potest  
quis in Societate vota solemnia, aut simplicia facere per que-  
ver religiosus sit, nisi expleto decimo sexto anno: Et ita  
docuit Sanch. lib. 5. sum. c. 4. n. 7. Suar. tom. 4. de Relig. trid.  
10. vbi de Societate lib. 3. c. 6. n. 3.

2. Præterea dubitari potest, an hec etas sit determina-  
ta, vt in nulla religione maior requiratur sit? Et quidem ex vi  
Trident. manifestum est non impeditur, quin in aliqua religio-  
ne etiam possit cum decreto irritante maior etas, immo ta-  
le statutum Trid. decisione faveret. Igitur in religione mi-  
norum (tacitum est nemini esse ad professionem admittendum,  
qui 18. non artigeret, sed cum hoc decreto non contineat clausulam irritantem, tenebit professio ante illam  
etatem, sicut tenetis facta in monasteriis insularum, quorum  
meminit Gregor. relatus in c. qui autem 20. q. 1. & c. quia in  
insula de Regul. Ob eandem rationem, & tradit Suar. tom. 1. de  
Relig. lib. 6. c. 3. n. 7. & 8. Sanch. lib. 5. sum. c. 4. n. 6. cum Rod-  
rig. tom. 3. q. regul. q. 17. art. 20. Barbolain remiss. consil. de  
cism. res. & tradit. 3. p. de potest. Episc. alleg. 101. n. 15. alias  
refere.

3. Secunda conditio requisita ad professionem est inter-  
ger nouitiatus annus. De qua conditione, & quomodo lo-  
cum habeat in Societate, latius diximus precedentibus dispu-  
tatione.

Qualiter professio libera debeat esse, &  
absque errore.

## S V M M A R I V M .

- 1 Inualida est professio metu cadente in constantem virum. Et  
idem est de votis bienniis in Societate Iesu.
- 2 Incusus hic metus acceptanti professionem non annullat.
- 3 Error in substantialibus professionem annullat, secus in ac-  
cidentalibus.
- 4 Ali decipiens in re aliqua graui accidentalii expelli possit  
Alij affirmant, ali negant, sub distinctione responderetur.

1. **T**ertia conditio ad professionem requisita est, ut pro-  
fessio libera sit à metu graui, seu cadente in constan-  
tem virum. Et quidem si hic metus proficiunt inveniuntur,  
omnes Doctores sentient irritam reddi professionem saltem  
iure Ecclesiastico; quia sic supponitur conuentudine intro-  
ductum in c. 1. de his quæ vi, vbi feminæ ex metu professione  
emittentes non compellent in professione perseverare. Idem  
colligitur ex c. omni dilectus eod. tit. Quæ conditio etiam in voti  
Scholarium Societas locum habet, quæ intercedente graui  
metu omnino irritantur. Quia Text. in d. e. i. de his quæ vi, non  
tan professionem strictam, quam alium proficiunt statutum reli-  
gio intellexit, vt indicant illa verba, timore mortis religio-  
nem intrauerit: Et quæ tradit Trid. sess. 25. c. 19. de Regul. Ibi  
quicunque regularis præveniat se per vim, & metum ingres-  
sum esse religionem, aut etiam dicat ante etatem debitam  
professionem fecisse, &c. Ecce quomodo concilium pro-  
cedit vñspur religionem ingredi, ac proficeri. Constat au-  
tem emitentem vota Scholarium Societatem ingredi, ve-  
rūque statutum religiosum afflumere. Ergo si metu graui fa-  
ctum est, nullius erit effectus, & ita pro certo tradit Sua-  
tom. de Relig. trid. 10. lib. 3. c. 6. n. 6.

2. Sed non est leue dubium, an hic metus acceptanti pro-  
fessionem incusus irritant professionem reddat. Videretur  
quidem irritam reddere ex cap. portatum de Regul. & c. ad  
Apostolicam eodem tit. Vbi ad professionem, & quæ voluntas  
emitentis, quam Praelati acceptantis requisita est, & constitit  
enim in mutuo contracitu religiosi cum religione; & ita tener  
(licet obiter) Less. lib. 2. de iust. & 4. dub. 7. n. 61. Sed contra-  
rium probabilius iudicio cum Suarez tom. 3. de Relig. lib. 6. c.  
4. n. 19. Quidam metus non annullat professionem iure naturali,  
sed positivo, vt late probat, trid. de voto, sed ius positivum  
non disponit de mea Praelati professionem admittendi in-  
cuso, vñpote raro vel nunquam contingit sed solum de metu  
incuso proficiunt: Ergo solus hic metus annullat profes-  
sionem, & non aliis. Nam in decretis non est facienda exēsio  
de uno casu ad alium, præcipue cum eadem ratio non proce-  
dit: Neque obstar ad professionem vitamque voluntatem &  
religiosi, & religionis requiri; quia diuersimode requiri po-  
test: Nam religiosi voluntas requiri potest cum omnimoda  
libertate libera ab omni metu, & coactione, non sic Praelati  
voluntas, quia si libera similiter sit, sufficit.

3. Quarta conditio est, ne professio, seu Societatis incor-  
poratio ex errore, vel ignorantia circa religionis substan-  
tialia fiat, quia hec tollunt substantiali consentum, cæque de cau-  
sa luto ipso naturali redire professionem, seu incorporatio-  
nem irritant: Sic ex omnium sententia tradit Sanch. lib. 4.  
sum. c. 2. n. 4. Suar. 10. 3. de Relig. lib. 6. c. 5. a. n. 3. & 10. 4. de Relig.  
tr. 10. lib. 3. c. 6. num. 7. Hic autem error, vel ignorantia  
etiam contingit propter ex parte Praelati admittentis, si error  
sit in persona admissa, aut in conditionibus substantialibus re-  
quisitis, vt bene norauit, Suarez d. tom. 3. lib. 6. cap. 5. in fine.

Dixi in conditionibus substantialibus: Nam ex solo errore  
in accidentalibus non redditur irrita, sicut neque matrimo-  
nium. Ex quo deciditur non esse irritam professionem tec-  
tensis morbum contagiosum scilicet morbum gallicum vel  
similem, quo declarato non admittetur. Quia cum hic  
morbus, neque ex iure, neque ex speciali religionis consti-  
tutione, vt suppono) professionem annullat, eius ignorantia  
seu error ed admittentem errorem in accidentalibus, non in sub-  
stantiali pertinet: Et ita docent Nauar. lib. 3. consil. tit. de Re-  
lig. conf. 25. alias 48. n. 5. & 3. Man. Rodrig. 2. 10. sum. cap. 6.  
n. 3. & 10. 3. q. reg. 9. 17. art. 9. & alia relatio Sanch. li. 5. sum.  
c. 4. n. 57. & de matr. li. 7. disp. 57. n. 3.

4. An autem sic admisus expelli possit è religione ob cul-  
pam quam meritò Nauar. & Sanch. reputant moralem; ad-  
misum in buiis viri taciturnitate? Affirmant Nauar. &  
Sanch. d. disp. 57. n. 5. & Eman. Sæ utraque edit. verbo religio  
n. 34. Negant Man. supr. & Sanch. d. c. 4. sum. n. 57. Bo quid  
non videatur res ita graui, vt ob eius causam expulsio à re-  
ligione, quæ grauissimum supplicium est, infligi posat. At  
Q. 4. exitim